



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Machvmetis Saracenorum principis, eiusque Svccessorvm
Vitae, Doctrina, Ac Ipse Alcoran**

Bibliander, Theodor

[Basileae], März 1550

VD16 VD16 K 2586

Ordinatio politiae Turcarum domi & foris, incerto autore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97854](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97854)

lio, & aliorum orientaliū regum & principū, qui simulant se hodie dormire, quorum muniti praesidio, trahemus à finibus terrae armatorum acies copiosas, per quas non solū contra uestros pedites Cruciferos resistemus, uerū etiā si cōtra nos Romanam ac Germanicā & Gallicā militiā prouocetis, intendimus hostiliter obuiare: ac demum fauente Mercurio, per mare Ponticum & Dalmatiam cum innumerabili nostro nauigio Euri flatibus perducti, intendimus pertransire: & septentrionalem plagam, praesertim Croaciam & Dalmatiā, uisitare. Datū anno Mahumeti septingentesimo quadringentesimo quinto, in introitu mensis haslen.

ORDINATIO POLITIAE TVRCARVM

DOMI ET FORIS, EX ORATIONE HORTATORIA

ad bellum Turcis inferendum: quam uir in rebus magnis
diu cum gloria magna uersatus habuit ad
Maximilianum Caesarem.



Othmanus rex.

*Turcarum la-
trocinia.*

Regū successio.

Machometh.

*Amorath, Ma-
chometi frater.*

Bayazith rex.

Turcarum gens ante pauca secula adeo obscura fuit, ut etiam ipsi nullas à se res gestas memoriae dignas ante Othmanum, qui primus hanc gentem illustrauit, narrare possint. Et licet de origine eius apud autores parū cōstet, eam tamen Scythicā esse, & mores & lingua haud dubiē demōstrāt. Plinius quoque grauissimus autor, in Asia circa Maotidem lacum, Turcas usque solitudines saxosis conual-
lib. asperas accolere prodidit. In primis itaque inopia rerū coacti, uicinas nationes latrocinijs potius, quam legitimis praesidijs infestauerunt. Mox crescente audacia, duce Othmano uiro bellicosissimo & callidissimo, non solū ut prius rapinis & incursionibus, sed iam aperto Marte conterminos populos inuaserunt. Cuius successor Orhan, infeliciter cōtra Tartaros pugnans, cum multis populis gentis suae occubuit. Post quem Amorath factus imperator, ubi ita imperium auxit, ut usque ad Pontum longe lateque fines suos extenderet, debitum naturae persoluit. Succedit huic Bayazith, qui cum pari audacia finitimos populos inquietaret: captus tandem à magno Tamberlano, cū ingenti clade gentis suae finē audaciae suae fecit. Post quē quatuor imperatores successerunt. Qui quamuis de gente Othmana non fuissent celebres, tamē bella gesserunt. nam Celeby multorum populorum uictor, partem quoque imperij Trapezontis subiugauit. Soleyman, cui Tamberlanus tributum rependit. Orhan secundus, qui multas urbes Asiae & Ponti expugnauit. Musē autem, cum Orhanum dolo interemisset, magnam partem Asiae in suam ditionem redegit. Post Musē culmen imperij ad gentem Othmanam rediit. Machomet itaque ex eadem genteposito imperio, Saracenos, Gordianos, Persas, Cappadoces uarijs praesidijs fudit nomenque Turcarum ita celebre fecit, ut iam gentes Europae illud reformidarent. Cuius frater Amorath, qui primus Turcarum in Europam cum exercitu traiecit, multis regnis Europae deuictis, memorabili illo praesidio ad Varnam Vladislaum fortissimū regem Hungariae cum magna caede populi Christiani debellauit. Huius res gestas filius eius Mahometus in tantum superauit, ut ad solis ortum & occasum plures terras, maria, insulas, populos, regna, imperio Turcarum solus ipse adiecerit, quam omnes decem superiores. Cuius uictorias si quis uellet recensere, profecto maximam partem Asiae & Europae enumeraret.

Nec contentus filius eius Bayazith, qui hodie regnat, tantum imperium à maioribus suis partem cōseruare: sed plura castella & oppida in ditionem suam redegit, nec in dies cessat terminos imperij sui usquequaque dilatare. Croacia igne ferroque consumpta, et crebris incursionibus penē exhausta, nuper celeberrimum regnum Poloniae inuasit: & abducens LX millia Christianorum, cum inaudita crudelitate uastauit,

uastauit & damnum intulit, cui nisi citò per maiestatem uestram & ceteros principes
 Christianos succurratur, paulo post ipsi etiã hosti immanissimo erit miserandum: et
 deinde quid mali ex ipsius ruina ceteris regnis ipsi adiacentibus immineat, optimè
 intelligere potest maiestas uestra. Sunt enim huic Bayazitho filij nouem, quorum
 nomina exprimere non pigeat. Est itaq; primogenitus filius eius Mahometh Ce-
 lebi, qui hodie præses est in Amasia. Secundò genitus est Churchur Celebi, qui
 præses est in terra Charanian. Tertio genitus est Synan Celebi, qui præses est in
 Domusly circa Rhodum. Quarto genitus est Ahmath Celebi, qui præses est in
 una ex prouincijs Gufunchasan, in Persia. Quintò genitus est Murath Celebi,
 20 qui præses est in Trapezuntha. Sextò genitus est Hally Celebi, qui præses est in
 Chapa. Septimò genitus est Hallamassach Celebi, qui præses est in Cheshlemoni.
 Reliqui uerò sunt in curia patris, quibus dominia hucusq; non sunt assignata pro-
 pter infantiam. Et ut de ista pestifera progenie maiestati uestræ plenissima informa-
 tio detur, sunt ipsi Bayazitho filiarum octo, quarum prima est uxor Ahmath Basca filij
 ducis Stephani de Bosna. Secunda est uxor capitanei Ianiciariorum, quæ dicitur Ag-
 ga. Tertia fuit uxor Vsfunchasan, quæ hodie uidua est. Quarta est uxor Musta-
 phabegh, qui præses est ducatus sancti Sabbe. Quinta est uxor filij Tanth basca.
 Sexta est uxor Iusselahmath, qui præses est Vaulone. Septima est uxor filij Ieddia-
 math. Octaua est uxor Muscaphabegh, qui præses est Chrusentze. Nunc autem
 30 considerandi sunt prosperi successus & benignæ fortunæ huius pestiferi draconis,
 tam in amplificatione imperij, quam in procreatione filiorum. Sed nemo miretur
 quo pacto res Turcarum ex angustissimis principijs tam breui tempore ad tantum
 fastigium peruenerint, multitudinẽ enim principum Europæ, odia atq; intestina bel-
 la iugiter inter eos, præcipuam causam esse crediderim. Ars quoq; militaris, qua
 quondam Lacedæmonij & Romani totum penè orbem subiecerunt, apud multos
 principes Europæ extincta est. At summa imperij Turcarum penes unum principem
 habetur, uni imperatori parent, unus cuncta regit, unus omnes redditus possidet,
 & ut summam dicam, unus tantum dominus est: ceteri uerò mancipia, & ad libitum
 eius periclitari possunt. Præterea disciplina militaris apud eos adhuc locum habet.
 30 Nullum autem est discrimen uobilitatis, uel generis. Is namq; generosus habetur, qui
 fortior in bello extiterit. Is plura stipendia meretur, qui fortius dimicauerit. Unde præ-
 mia tanta milites strenuiores reddunt, ut unusquisq; ceteros fortitudine superare
 conetur. Ut igitur maiestas uestra liquidè cognoscere possit, contra quæ hostem dimi-
 catura sit, hoc commentariolo, stilo rudi ac crasso exponam, quibus magistratibus to-
 tum imperium & aula imperatoris Turcarum gubernetur, quanti sint ordinarij red-
 ditus imperij, quæ sint genera militum, & numerus eorum, modus qui sit construendi
 exercitus, cum imperator ipse bello interest. A gubernatione imperij exordium su-
 mam. Summa igitur totius imperij tribus magistratibus gubernatur, quorum sum-
 mus est Quatuoruiratus, qui ipsorum lingua appellantur Vesierbasca. Hi sunt prin-
 40 cipes consiliarij, qui quater in hebdomada sedent pro tribunali, in loco qui dicitur
 Duyan, ut audiãt legatos nationum, & hominum supplicationes, quas imperatori
 referunt. Hi quoq; iudicant causas, quorum gratia prouocatum est ad imperatorem. Et cum
 quis horum depositus aut defunctus fuerit, alter denuò substituit, ut sit semper ma-
 gistratus Quatuoruiratus. Post quæ sequitur magistratus Duumuiratus, qui dicitur
 Beglerbeghi, principes præsidum. Hi præsunt præsidibus prouinciarum. Et ut hic ma-
 gistratus melius intelligatur, diuisio totius imperij hoc in loco recensenda est. Om-
 nia itaq; Turcarum regna in duas partes diuisa sunt: orientalia, quæ nuncupatur
 Natolia: & occidentalia, quæ dicitur Romania. Natolia sita est ultra Hellespontum
 quæ continet in se prouincias infra scriptas, Bithyniam, Asiam, Cappadociam, Paphla-
 goniam,

Bayazithi filij
nouem.

Eiusdem filiarum
octo.

Successus regni
Turcarum eiusq;
causa.

Monarchia
Turca.

Imperij Turci
ci administra-
tio.

Imperium in duas
partes diuisum
dicitur.

goniā, et Cariā. Inſulas uerò principales quatuor, Aeoliā, Ioniā, Leſbū, et Smyrnam: quæ omnia noſtro ſæculo Turcarū aduentu immutata ſunt, & ad eorum linguam accōmodata. In ipſa quidem Natolia iſta ſunt linguarū genera: Græca, Itala Scythica, Armenica, Aggiamica, Cercaſica, Ziſſica, Egnatica, Menglorica, Vualachica, & Ruthena. Tenent itaq; totā Natoliā xxxvi. præſides uexillares, qui Turcarū lingua dicunt Sangiar che. iſs enim imperator autoritatem tribuit erigendi uexilla in proprijs prouincijs quib. præſunt. Quorū quidē præſidū reſidētē loca proprijs nominib. ad maiorē rei intelligentiā nominabimus, uidelicet Amalia, Trapezōta, Capha, Cheſtemoni, Burſa, Domuſli uel Seteli, Sarchan, Karaman, Vſunkaſſan, Aydimentes, Languri, Kermen, Enguri, Boliſſiria, Eugheri, Iaia,¹⁰ Charaſarchen, Gheniuſſolni, Cheſſe, Mitili, Emitili, Syſchup, &c. Romania uerò cōtinet prouincias iſtas: partē Daciæ, Thraciā, Dardaniā, Achaiā, Peloponeſum, Acarnaniā, Macedoniā, Epirum, Raſſiam, & Illyriā partē. Et ipſæ prouinciæ gubernatæ ſunt per perfidos uexillares, ſiue Sangiarchos xxv. quorum loca reſidentiæ ſunt iſta: Kilia, Nicapogli, Bdyng, Callipoli, Sere, Salonych, Negro ponte, Morea, Argnocastro, Iamane, Preſer, Oheid, Vocetorum, Coſtadin, Cernomē, Azigan, Scodri, *Smederouo, Boſna uerbo, Zonnya, Kruzēze, Suonick circa Taurinum. Turcarū itaq; regna in Lxi. prouincias diſtribuuntur, & in quilibet ſunt milites quibus agri aſignati ſunt, unde uiuūt qui Timari appellantur, de quibus poſtea mentionē faciemus. Beglerbegh ergo, ſiue princeps præſidū, qui²⁹ liber in ſua parte ſine præſidib. imperat: uidelicet unus in Natolia, alter uerò in Romania, & ſi quæ diſcordiæ inter milites orta fuerint, ipſi diſcernunt, quorūq; iuſſa nullo pacto præſides retractare poſſunt. Et quia omnium poſſeſſionū militarium collatio ad ſolum imperatorem pertinet, quilibet nihilominus Beglarbegh in ſuis prouincijs conferre poteſt, cui uult, poſſeſſionem aſcendentē ad ſummā aſprium quinque mille, hoc eſt ducatorū centum. Per hos igitur tres magiſtratus tota ſumma imperij optimē gubernatur. Sunt præterea alij magiſtratus, qui licet imperiū nō gubernent, tamē æquitatē & iuſtitiā tuentur, ſine quibus nullū imperiū diu ſtare poteſt, ad gubernationē imperij iura pertinere uideatur. Peſcherchadi, ſummi iudices exercitus, qui duo ſunt, unus Natoliæ, alter Romaniae: qui iudicāt omnes cauſas, tā³⁰ ciuiles q̄ capitales, pro quib. ad imperatorē prouocatio facta eſt. Quinetiam hi poſſunt retractare ſententiās latas per imperatorē, ſi cōtra legē Mahometi lata fuerint, quia ſecundum ipſius legē omnia iudicāt: quibus ſemper aditus ad imperatorē eſt patet. Nec poſſunt præſidere huic magiſtratu, niſi ab origine Turcus fuiſſet, id eſt Muſtli. Muſloman, uel circuncifus. Secundus magiſtratus nūcupatur Muſtli, id eſt ſumus legis interpres: qui quū de aliqua lege ambiguitas oritur, ipſe diſcernit, & explicat, quid lex ipſa & iura uelint: cuius ſententia non poteſt prouocari. Sunt etiā Moderis legi. Moderis, id eſt legis periti & doctores, quos cōſulunt pro uarijs cauſis & neceſſitatibus. Sunt & Thephterderi, id eſt adminiſtratores rationum, quorum unus prouocatur rationes Natoliæ, alter uerò Romaniae: qui magiſtratus eximie dignitatis⁴⁰ habetur. Nunquam ab aula imperatoris diſcedunt, ſicut & eſi Verbaſta, id eſt cōſiliarij. Et quia de quaſtoribus hic mentionem fecimus, ſubdemus etiā unde proueniunt omnes redditus imperatori ordinarij, & quæ ſit ſumma ipſorum. Ex uniuerſa itaq; ſumma domus in imperio ſuo exiſtente tam Chriſtianorū q̄ Turcarum, & aliarū nationū quæ uiritim pendunt tributū ſingulis annis: itē ex fodinis auri, argēti, ferri, plūbi, & aliorū metallorū, ac ex Syla monetarū tā in Romania q̄ in Natolia. Item ex aurifodinis in Cheſtemoni, & ex fodinis aluminis in Natolia. item ex Bonibate, Orehza, & ex ueſtigalibus ſerici in Burſia. Item ex piſcibus ſalitis tā marinis q̄ fluuiatilib. Itē ex redditib. ſaliū tā in Romania q̄ in Natolia, Itē ex decimis & paſcuis

Linguarum genera.

Romania.

Smederoua, siue Zenderou, circa Taurinū.

Prouincia regni Turcici.

Magiſtratus alij.

Peſcherchadi iudices.

Muſtli.

Moderis legi. periti.

Thephterderi.

Redditus imperij Turcici unde.

& pascuis cunctorū animalū. Itē ex omnib. frugib. & cæteris terræ nascentib. Itē ex portorijs in Natolia, et ex Schalogijs in Romania, id est doanis siue uectigalib. Itē ex traiectu Callipolitano, & aliorū locorū. Item ex hæreditatib. mortuorū, quādo ex defectu feminis propinquorū deuoluunt bona ad imperatorē. Item ex tributo uariarū urbū, quę sunt in Romania, Morea, Epiro, Moldlama, Scio, Calloier, & Ragusio: Similiter ex urbibus & prouincijs, quę sunt in Natolia, Charamā, Synope, Symisso, Anguri, Finica, Candeloro, Capha, & ab alijs satrapis maioribus uel minorib. habet circiter quadragies centena milianum morum aureorum. Sed quia uarijs nationibus & linguis terrarum imperat, necesse est ut sint uarij scribæ & cæcellarij, secundum uarietate linguarū. Est tamen inter eos unus supremus cancellarius. Græcis itaq; & Italis lingua Græca scribunt: Hungaris, Moldauis, siue Valachis, Sclauis et Raguscis, literis Rascianis, Turcis præterea, Saracenis, Persis, Armenis, & cæteris nationibus lingua Agiamica, Arabica, uel Persica. At ille qui est custos sigilli imperatoris, Nisancibastia nominat. Singuli autē principes cõsiliarij peculiare sigillum habent. Peractis magistratib. quibus tantū imperiū gubernatur, ueniendum est ad eos qui palatio imperatoris seruiunt: Ministri autē imperatoris omnes sunt impuberes, eligunturq; ex imię uenustatis, in flore ætatis suæ, nominantur Sphio gliani, filij nobiliū, & secundum uaria ministeria uaria nomina sortiunt. Quidā sunt dapiferi, pincerne, cubicularij, custodes rerum preciosarum, quos Haznador nominat. cumq; ad annos pubertatis peruenerint, ad maiores dignitates ascendunt. Nā multū eorū præsidēs prouinciarū efficiunt, secundū uirtutes & meritā eorum. Maior tamen pars eorum post annos pubertatis custodes corporis imperatoris efficiuntur. Ita hi qui minus strenui apparent, retinent pristinum nomen, & dicuntur Spahio gliani: magis autem strenui, Soluphtuarij appellātur. Cum igitur imperator iter facit, est stipatus undiq; cateruis horum custodum. In una enim parte sunt Spahio gliani, qui sunt circiter mille & sexcenti. In altera parte sunt Saluphtuarij, qui sunt circiter quingenti: qui omnes prænominati uiuunt ex stipendio. In grediuntur præterea quotidiē palatium imperatoris, propter ornamentum aulæ.

3^o Sunt & alij magnorum principum filij circiter septuaginta, qui appellantur Muraphariciti, & hi sunt liberi ab omni onere militiæ & aulæ, nisi cum ipse imperator est in exercitu, ipsis quoq; necesse est ut militent. uiuunt ex stipendio. Habet etiam imperator alios corporis custodes, qui sunt optimi sagittarij, electi ex numero lanizarij: Solachi nuncupantur. Hi non uadunt in equis, & sunt armati framea breui, arcu cum sagittis promptis ad ictum. Scheuphijs byrreta in capite deferunt, albas & rectas, circulis aureis redimitas, & uestimēta succincta. Hi enim sunt præcipui custodes imperatoris, cū in itinere est, nunq; ab equo imperatoris discedētes: numero sunt circiter septingenti, & sunt distincti per centuriones, & uiuunt ex stipendio. Sunt & lanitores, qui etiam ex lanizarijs creantur: quorum numerus est CCC. Capiti uocantur. Hi etiam uiuunt ex stipendio. Sed & Mehtery, tentoria & papilionēs extendunt, & omnem supellectilem aulæ disponunt: qui circiter sexcenti sunt. Sunt præterea artifices diuersarum artium, quę ad ornamentum aulæ imperatoris pertinent: qui omnes in aula imperatoris uiuunt, tanquam mancipia. Imbrahor bastia, est magister Agazonum. Imbrahali dicuntur, qui distribuunt uexilla. Segmenbastia, est magister uenationis. Alia multa officia omittuntur, gratia breuitatis. Sed postquam de magistratibus, quibus imperium gubernatur, & de ministris ac custodibus corporis imperatoris abundē disseruimus, superest ut de generibus militum & modo construendi exercitum sermonem faciamus. Sunt ita diuersa genera militum, uidelicet Thimarci lanizarij, Assapi & Acangi: de quibus singulis sigillatim tractabimus.

Summa tributorum.

Scribarum diuersitas.

Palatii ministri strantes, & regij stipatores.

Satellium numerus.

Principū filij.

Sagittarij.

Custodes.

Lanitores.

Artifices.

Militū genera

Thimarci est,

est, unde ipse cū quatuor militibus loricatoris uiuere possit: & sic Thimar apud eos intelligitur ager unus, de quo quinque milites uiuunt ex decimis, per subditos prouinciarū, de domib. & omnib. terrā nascentibus datis, quibus ipsi agrī nō sunt æquales. Quia aliquis est, qui potest diuidi in xx, xxx, & xl, partes Thimar; & tamē ab uno possidetur. Sed ad instar magnitudinis agri prouētū, talis possessor equites siue milites tenet. Vnde cōputatis omnib. agris militarib. maiorib. & minoribus, qui habentur in Romania, numero sunt quatuor millia & quingenti: militū uerō, uiginti duo millia & quingenti. In Natolia uerō facta simili supputatione, numero sunt quinque millia et quingenti milites: ex quib. omnib. Thimar, in Natolia scilicet & Romania, resultāt quinquaginta millia equitū: qui omnes obediūt suis præsidi-
**Agyorū & mili-
liū numerus.**
Equites.
**Christiani mili-
tes sub Turca.**
Assapi.
Accangi.
**In Alcoran etiā
quintas præde
lex arrogat
principi.**
**Zausiti, uiato-
res.**
Belsli.
Gonili.
Musselym.
Iaya.
Sarahori.
**Clasis Turca
sum imperato-
ris.**
 bus, & semper stant parati ad bellū, nec aliud alimentū habent quā ex agris illis. Secundū autē genus militū est, qui lanizarij dicuntur. Omnes enim pedites sunt, & ex stipendio Imperatoris uiuunt, & semper sunt ubi Imperator est. Maior pars eorum est ex Romania, & ab origine Christianorū. Quia semel in trienio fit delectus per totā Romanīā, & colliguntur filij subditorū, eosque mittūt in Natoliā, ut ibi imbuan-
 tur lingua & ritibus Turcarū. Cumque ad annos pubertatis peruenierint, exercitati in armis, qui magis strenui sunt, pedites efficiuntur, & ad custodiā imperatoris deputantur, & in ipsa custodia sunt semper nouē uel decē milia: quorū capitaneus Agganuncupatur, uir magnæ authoritatis. Qui autē minus apti uidentur militarij, deliguntur ad custodiendas munitiones & arces: & sunt circiter numero xxx. milia, qui obediūt suis Dazdar, id est castellanis, uiuentes ex stipendio. Sunt autē lanizarij munimen et robur imperatoris, eique sunt obsequētissimi, tuenturque ipsum cōtra oēs tumultus & seditiones. Assapi, sunt milites gregarij minus exercitati, ac precio cōduciti: quorū aliqui sunt pedites, aliqui uerō equites. Hi etiā classem maritimā intrant, habentes pro stipendio uiritim aspra quinque per diē. De tali autē genere militū quātum ipse imperator uult, tantū cōducere potest, cū sint uulgares, et ad pugnadū in experti, tā in pugna terrestri quā nauali. & possunt esse Assapi tā Christiani, quā Turca, & aliæ nationes. Accangi militāt ad fortunā sine agris, & sine stipendijs, quintā partem præde dant imperatori, & si qui strenui apparuerint, Thimarci, uel alterius dignitatis nomē & gradū sortiuntur. Sūt qui exercitū ordināt clauis ferreis, hi milites in stationibus suis stare cogunt, & semper præcedūt imperatorem, eique uia parāt, & appellātur Zausiti: numero sunt quadringenti, uiuunt ex stipendio. Sunt præterea quidam milites prodigiosarū uirū, qui cōtra quinque pugnare perhibentur. Stipendium quoque pro quinque militibus sumunt, Belsli uocantur: numero sunt c. c. uel circa: uiuunt ex stipendio. Sunt & Gonili, qui in arte gladiatoria peritissimi habentur, maximaque agilitate lanceis, sagittis, gladijs exercētur. Sūt semper equites, quorū numerus est centū & sexaginta, uiuunt ex stipendio. Musselym sunt, qui munitiones, castra, & propugnacula cōstruunt: quorū merces est diurna quinque aspriū, quartus ex dicta prouincia intrat exercitū. Sed Iaya sunt Turca, qui proprijs expēsis militāt: quia exempti sunt ab omni alio onere: ipsi quoque uias mūdant cū Musselym. Sarahori habent stipendiū ab imperatore aspriū quatuor per diē: homines sunt agrestes, qui sequentes exercitū, omnia uilia operā exercent, sicut & alij superius nominati, id est Musselym & Iaya. Hi omnes sunt, per quos militaria terrestria imperatori Turcarū perficitur. Clasis Turcarum imperatoris cōtinet ad summū uela cccc supputatis nauibus, triremibus, biremibus, palandiarijs, grippis, & alijs generibus nauigiorum: quæ capit circiter hominum triginta milia, & ipsam parare solent Constantinopoli, Nicaoniā, Callipoli, Negropontū & Vaulone. Sed cum sint in ea homines ut plurimum agrestes, & ad nauigandum in experti, magnas uires habere non potest: cuius capitaneus semper est præfectus Callipoli, et illi qui ipsam intrant

trant, omnes sunt precio conducti, secundum distinctionem exercitij & officiorum.

Peregimus tandem magistratus, quibus gubernatur imperium Turcarum. Palatium quoque, quibus ministris regatur, abunde explicuimus. Genera quoque militum distinguimus, ac maritimae classis quantitatem: & quo in loco parari soleat, ostendimus.

Modus castrametandi.

Nunc superest, ut describamus modum castrametandi, cum imperator ipse personaliter adsit in castris. Prius igitur castrametatores eligunt locum aptiorem pro castris, qui tutus sit ab omni impetu hostium, ex quo de facili hostes expugnare possint. Eligunt itaque quod habeat montem, uel flumen, uel paludem, quibus munitior sit. quae locum descripto ambitu castrorum, fossatis altissimis muniunt. Post quae sequuntur cunei acutissimi in circuitu, cathenis de super colligatis. Sequitur postea ordo camelorum, qui commeatum & impedimenta pro usu castrorum baiulant.

Post quas minor altera fossa fodit in ambitu, cum hastis pro maiori tuitione in circuitu affixis, quo in loco Sarahori, Iaya, & Musclym mansiones & habitationes suas habet. Post tot ualidas munitiones pedites, qui Ianiczarij dicunt, per multiplices ambitus papilionum & tentoria sua figunt: in quorum medio imperator ipse cum suis pueris & ministris ornatis, tentoria habet. Eminent praeterea duo maxima cornua contra hostes, contra quos pugnandum est, adhaerentia circulo castrorum, in quibus collocati sunt equites cum suis praesidibus. In uno enim cornu sunt milites Thimarcij,

Locatio exercituum Imp. Turcarum.

qui agros possident in Romania: in altero uero, qui agros possident in Natolia. In capite uero cuiuslibet praesidet princeps praesidium, id est Beglerbegh. At in medio horum cornuum locant omnes custodes corporis imperatoris, hoc est Spahioglani, Soluphartarij, Solacchij, & caeteri aulici. Post quos situata sunt uaria genera machinarum et tormentorum. Cum igitur pugnandum est, in qua parte imperij bellum gerendum est, Beglerbegh illius partis cum suis praesidibus pugnam incipit. Quod si contigerit milites illius cornu ab hostibus superari, mox aliud cornu opem fert. Superatis ambabus cornibus, pugnat omni genere Messalyum & tormentorum. Deinceps custodes corporis manus conserunt, ultimo Ianiczarij imperatorem ipsum in medio duorum cornuum collocant, ne forte uertens ipse terga hostibus, causa internecionis totius exercitus constare uideatur.

Modus pugnae.

Haec sunt quae de imperio Turcarum longis peregrinationibus, subtilique indagatione cooperimus: qui prope cum ciuitas nostra Ragulium, quae in confinibus ipsorum sita est, quamplurima commercia cum gentibus illis habeat, non desunt nobis facultates singula perquirendi. quae quidem humili sermone, & sine ullo elegantiae furo scripsimus, non ad res Turcarum extollendas, & ad incutiendum terrorem maiestati uestrae, & caeteris principibus Christianis: quin potius, ut clarius sole de monstraremus, si ipsi Christiani potentiam Turcarum recto iudicio perpendissent, uiresque suas agnouissent, iam pridem de imperio Turcarum actum esset.

Nunc quaeso animaduertat maiestas uestra, qui fuerint ante pauca tempora Turcae, quae imbelles gentes deuicerint, & quam uanis & falsis terroribus imperium suum auxerint. Reperiet nepe eos fuisse homines agrestes et inermes, inopia omnium rerum ad latrocinia & rapinas coactos. Perquirat diligenter historias uariarum gentium, Romanorum monumenta euoluat, inueniet semper Asiaticos fuisse molles & timidos: ut extat uulgatus ille Iulij Caesaris titulus, quae in curru cum a triumpho Pontico rediret, inscribi iusserat, Veni, uidi, uici: imbelli eam gentem nulliusquam momenti existimans. Si quidem Romani, orbis fere quondam domini, per plures annos contra Numantiam unam urbem Hispaniae pugnauere, quam contra totam Asiam. Quid ergo tam magnum, gentes Asiaticas imbelles, & semper seruire assuetas, deuicisse? Quid tam arduum, Graeculos effeminatos, intestinis odijs semper dissidentes, debellasse? Quid tam grande, Rusianos & Bulgaros, homines inermes, circa metalla & pecudes

Asiatici semper molles.

pecudes occupatos, subdidisse: Quid tam generosum Bosnenses debacchantes, dis-
 fidentibus inter se principibus Hungariae, in ditione accepisse: Quid denique tam
 strenuis principibus Europae uere dormitantibus, gentes timidias & infidas sponte
 sese deditas, in ditionem suam redegisse: E contrario uires suas maiestas uestra, &
 caeterorum principum Christianorum examinet, generositatem & potentiam con-
 sideret. Nunquid prope innumeros annos serenissimae maiestatis uestrae, Hunga-
 ria populosissima, tamen adhuc rudis, contra Romanos orbis dominos fortissimè
 pugnauit: ingentesque clades illis intulit: et deinde pro Christiana fide quoties Sara-
 cenos debellauit: nunc florentissima, artibusque militaribus apprime instructa: cui
 quodammodo nulla gens, nullaque potentia resistere potest, ut ex gloriosissimis ui-
 ctorijs constare uidetur: contra uilissima mancipia pro Christiana fide bellare non
 audebit: usque ad internecionem prosequi non patetur: Quia furor est profecto de-
 terreri a potentia Turcarum. Quippe praeter quinquaginta uel sexaginta millia
 equitum, & decem milia peditum, quae supra retulimus esse in exercitu Turcarum,
 reliquum uulgi iners & inerme est, ac uelut grex pecudum ad libitum uictorij si-
 ne ulla pugna duci potest. quod secus in prouincijs Christianorum contingit, nam
 & uulgi armis aptissimum est, & ad pugnandum ferocissimum. Exurgat ergo
 maiestas uestra una cum principibus Europae, qui commune bonum & utilitatem
 desiderant, & praecedente CHRISTI cruce, arma contra hostem sauiissimum sumi-
 te. Fidem, patriam, leges, templa, uxores, liberos, parentesque charissimos defendi-
 te: iustissimoque bello, auxilium diuinum uobis non defuturum scitote.

Hungari.

Turca exerci-
 tus qualis.

INVICTISSIMO CAESARI CAROLO, EIVS NOMI-

nis quinto, Paulus Iouius Episcopus Nucernus.

S. D.



Quandoquidem omnibus notissimum est, in uictissime Caesar, te pro tua singulari religione atque
 animi magnitudine, nihil aliud nunc magis quam bellum in Turcas meditari, quod quidem no-
 bis ut ob eorum prosperitatem atque audaciam necessarium, ita omnium iudicio etiam glorio-
 sum fuerit: uolui, ut amularer illos qui te armis, nauibus, equis, & thesauris adiuuabunt, quum
 ego nihil aliud praestare possem, saltem tibi peculiarem atque apertam militie, potentie ac ui-
 ctoriarum, quibus ipsi Turca potiti sunt, cognitionem praebere: ac simul uitam breuiter fideliterque ostendere,
 qua haec fera natio ad tantam imperij magnitudinem tanto cum honore, militari ex arte parto peruenerit: ut a
 ducibus ac militie magistris certa remedia contra eorum & uires & artes inueniri facile possint: & Christiani
 milites exemplis rerum praeteritarum instructi, meliorem & commodiorem bellandi disciplinam percipiant,
 quo tandem eos ipsos Turcas debellare queant. Quod quidem tibi non erit admodum difficile, qui post infinitas
 uictorias pacem adeo magnifice, neque id sine gratia Dei omnibus ac priuatim deesse iam Italiae donaueris, atque
 animum Christianissimi regis Francisci felicibus sororis nuptijs tibi adeo deuinxeris, ut is quum ob propriam
 uirtutem, tum uero ob titulum quem gerit, non possit uoluntate, consilio ac uiribus tibi non esse coniunctissimus: quem
 admodum etiam de alijs principibus Christianis spes est futurum, praesertim quum Beatissimus pater Papa Clemens re-
 ligiosa quadam promptitudine ipsos inuadet: qui quidem Clemens uotis omnibus non solum res sacras & non sa-
 cras, uerum etiam mentem ac corpus ipsum huic sanctissimae prouinciae dicauit. Et quoniam apud te laudem elo-
 quentiae miuime querere, sed tantum fidele & Christianum animum hac in re mihi ostendere propositum est, & diosa
 proemia & Tusci sermonis ornamenta, tanquam res superfluas, praetermittam, atque ut uerba ipsa commodius ex-
 cipiantur, simpliciori atque uniuersae Italiae communiore lingua utar, quod substantiam rerum absque temporis cir-
 ca uerborum uanitate amissione percipere facilius possis. Neque mireris optime Caesar, si ego ipse homo demisse
 ad talum togae, sacrisque initiatus, qui nunquam limites Italiae transierim, de rebus militaribus ac de longinquis
 regionibus loqui audeam. Tibi enim persuadeas uelim, me diutina praecipuaque diligentia, auxilio summorum prin-
 cipum, relatione excellentium ducum, militum, oratorum, ac denique cuiuscumque conditionis hominum usum esse,
 ut ueram mihi notitiam rerum in nostris Latinis Chronicis descriptarum pararem. Quae quidem Chronica, quod
 in Dei laudem, atque in tuam tuorumque aorum perpetuam gloriam cedat, breui in publicum edere consti-
 tuimus.

Vale.

Datum Romae, undecimo Calendas Februarij.

M. D. XXXI.

TURCI